

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Henricus Rudolphus Redeker/ IC. Univers. Rostoch. Rector, & Fac. Iur. Decanus
... ad Triumphum Archangelo Michaeli, & toti exercitui coelesti, hodie decretum,
devoto cultu & pura mente celebrandum Omnes omnium ordinum Cives
Academicos, ea, qua decet, religione hortatur**

Rostochii: Keilenbergius, 1679

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742505405>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

—
1679. Mich.

~~A - 1256. 32~~



1679.

HENRICUS RU-
DOLPHUS *Redeker / IC.*
Univerſ. Rostoch. RECTOR,

& Fac. Jur. DECANUS, Sereniss. Ducis

Meblenb. Consil. intimus, Confistorijq;
Ducalis Assessor,



Triumphum
ARCHANGELO
MICHAELI,

& toti exercitui cœlesti, hodiè decretum,
devoto cultu & purâ mente celebrandum

Omnes omnium ordinum Cives
Academicos, eâ, qvâ decet,
religione hortatur.

ROSTOCHII,

Typis FRIDERICI KEILENBERGII,
Academ. Typographi.
An. M DC LXXIX.

M. 1256 32



Salutem & victoriam in Triumphantore Augustissimo!

Splendidissimus, &, ex rerum gestarum magnitudine, glorioſiſimus titulus, eſt, qvi Divo Justiniano, Romanorum Imperatori & Legislatori felicissimo, tribuitur: VICTOR AC TRIUMPHATOR SEMPER AUGUSTUS. Qvō enim labor, præprimis per prudentiam disciplinæ militaris, & præclara facinora, in salutem populi & securitatem Reipub. ſemet eximius ostendit, eo maiorem & illuſtriorem nominis gloriam, qvā boni Imperatores in perpetuum vivere intelliguntur, posteritati relinqvit. Illa autem virtutis bellicæ cognomenta & encomia, non ex populari adulatione, nec ex potestatis ambitiosâ ostentatione, ſed ex sudoribus bellicis, factisq; heroicis optimus Imperator ſibi comparavit. Siqvidē de Persis non tantum, qvos cruento pœlio in Asiatâ fudit, ſed & de Vandaliſ, ferociſſimis ceterum populis, qvi animorum ſimul & corporum hostes erant, & Africam, ad integrum penè ſeculam

11
12
13

lum à Romano Imperio avulsam, miserè captivatam
tenuerunt, magnificentissimos Triumphos egit. Su-
premus vero omnium honorum, qvi propter res in
militiâ fortiter gestas decernitur, triumphus est, isq;
qvò victoris persona eminentior, & facta illustriora
sunt, eò inlustriori cum pompâ, & majori solenni-
tate decernitur. Triumphi vocem origine græcam
esse, post Varronem & Carol, Sigonium, solliciti vo-
cum censores arbitrantur; sumtam à Bachi sive Liberi
patris cognomine θριαμβω, qvi primus, devictâ Indiâ,
in cutru tigridum hujus honoris auctor fuisse tradi-
tur, illiq; à suis acclamatum, ià θριαμβε: cui respondet
illud Romanorum militum, Livio narratum, *fo triumphe! jo triumphe!* Ast Isidorus, ex Tranquilli senten-
tiâ, latinam esse vocem affirmat; qvod, qvi trium-
pharet, triplici judicio honoraretur: Primo Exerci-
tus, qvi de triumpho Imperatori suo ex merito decer-
nendo judicabat: Secundo Senatus, à qvo triumphus
petebatur, qviq; facto Se. populo diem indicabat, ne
tamen triumpharet, nisi qvi qvinq; millia hominum
unâ acie cæcidisset; Tertio Populi, qvi partim victo-
ris acclamationibus, partim autem cavillationibus &
inconditis jocis, triumphantem lequebantur. Cete-
rum cum durior videatur & è longo nimis qvæsita illa
græca originatio, qvâ θ in t; α in u: β in ph, mutatur, &
aspiratio ex primâ in novissimâ syllabam rejicitur: Ita
nec latina illa derivatio grammatica est, sed talis qva-
lem

iem JC. ex qualitate rerum, vocibus applicare svererunt. Nos eqvidem hujuscemodi vocum litigia, qvæ ad egregium publicum nihil referunt, Grammaticis, qvibus otium suppetit & incruenta certamina sunt, relinqvimus, id tamen ad rem ipsam proximiūs facere videtur, qvod non tantum Græcis Romanisq; Imperatoribus triumphalia ornamenta sint exhibita, sed aliis etiam gentibus, imò ipsi populo Israelitico usitata. Ita enim incōparabili Heroi Davidi, postqvā Goliathū, qviante victoriam triumphū agebat, qvinq; lapidibus occidit, populūmq; ejus in fugam dedit, liberati ab imminentī periculo occinerunt; *Saul percussit mille, Et David decem millia.* Et cum Judith Holofernem, Assyrij exercitus, interitum genti Israeliticæ minitantis, Imperatorem jugulasset, omnes populi gaudebant, cum mulieribus, virginibus, & mulieribus. Nulli autem mortalium tantā cum gloriā, tantoq; cum splendore & pompā triumphalia ornamenta insigniaq; circumduxerunt qvām ipsi Romani, cum qvorū etiā cunabulis triumphandi ritus censemur cœpisse. Ipse Romulus, Urbis & Reip. Romanæ Stator, cum Vejentes superasset, de illis magnifice triumphavit, ducto, inter multos alios captivos Vejentiū, cum sacra triumphalia fieret, ipso duce, in Capitoliū, uti Plutarch. in ejus vitā memorat: Julius Cæsar, Imperatoriæ majestatis fundator, qvī prosperrimè semper, nec ancipiti qvidē fortunā, præterqvā bis, dimicavit, confessis bellis, qvinqvies trium-

umphavit. Et qvidem Pontico triumpho inter
pompæ fercula trium verborum prætulit titulum.
VENI. **VIDI.** **VICI.** docente Tranquillo in ejus
vitâ c. 37. & seqq. Maximus autem & splendi-
dissimus triumphus, qvi Romæ fuerunt, Pompejo
magnō ascribitur, teste *Chassan.* in *Catal.* glor.
mundi p. I. cons. 36. Cæsar Caligula, uti itidem Sve-
tron, in ejus vitâ, auctor est, procuratoribus scripsit,
Triumphum apparent quām minima summa; sed
quantus nunquam aliis fuisse: quando in omnium ho-
minum bona ius haberent: sed nefandæ atrocitatis
consilium iniens, brevi post morte præventus est.
Alphonsi Regis, post captam Neapolim & finem
bello inpositum, fulgidissimum triumphum.,
qvem anno 1443. celebravit, Martinius in suo Lexi-
co philologico, cum memoratu digna contineat,
recenset. Verum uti mortaliū res gestæ, & extru-
cta opera, licet stupendæ magnitudinis sint, fluxa
sunt, nec omnibus partibus beata, ita hujuscemodi
etiam triumphi sua sentiunt incommoda. Ne
enim, qvod plerisq;, aut potius omnibus, usu veni-
re sive vir, viatores triumphatoresq; admirandis for-
tunæ successibus ad potentiam fastumq; extollan-
tur, aut plus æqvo superbiant, soliti sunt abjectissi-
mi qviq;, triumphalem currum sequentes, diver-
sis convitiis triumphantes lacerare. Ita triumphan-
te Julio Cæsare fuerunt milites qvi clamarunt. *Gal-*
lias

lias subegit Casar, Nicomedes Casarem. Item, Romani servate uxores, Mechum calvum adducimus. Hinc Romanorum Tullius: Differes de triumpho, quid tandem habet iste currus? quid vinceti ante currum Duces? quid simulacra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid legati & tribuni in equis? quid clamor militum? quid tota illa pompa? inania sunt ista, mihi crede, delectamenta penè liberorum. Et alibi: Is demū est, mea sententia, justus triumphus ac verus, cum bene de repub. meritis testimonium à consensu civitatis datur. Cum s̄xpius in speciem adulationis vel ambitionis triumphi petantur decernanturq; plurimum autem cum injuriā depressorum sint coniuncti. Longè itaq; majorem laudem, augustissimique triumphi splendorem meretur, qvam hodie in Ecclesiā Orthodoxā celebramus victoriā, qvā invictissimus pariter & innocentissimus Archangelus Michael, cum fortissimo celitum exercitu, in salutem totius generis humani, antiquum illum Draconem, cum flagitio lā suā inpurissimorum spirituum cateryā, conimisso prælio superavit; ex sedibus sanctorum expulit, & ad squalidissimos inferni cuniculos profligavit. Victor ac Triumphantor cui hodie, ex sancto religiosissimo. rum Antistitum decreto, sacra triumphalia celebramus, Celitum Imperator est, qui à Judæis dicitur Pontifex cæli, offerens Deo preces justorum & ani.

animas. Unus ex Principibus primis celestis exercitus, qui pro agno victoriōsē militarunt, & pro nostrā salutē insomnēs excubias fideliter agunt, nosq; à pestifero Draconis infernalī insultū indemnes servant. Hic Michael est ille viator ac triumphator semper augustus, qui omnes partes inculpati Imperatoris & Strategici explevit. Justā enim habuit bellandi causam, quia pro agno i.e. Christo, & in eū credentibus, militavit. Hostem habuit cui propter stupendam superbiam & insidias arroganter stratas, ipse celi terræq; creator bellum indixit. Bellum sine aliorū injuriā gessit, qvoniā avaras manus, calamitatem & lachrymis aliorum, qvod hodie passim fieri dolendum est, non replevit. Exercitu duxit Domini, quem Jacob vocat Mahanaim, mille millium millia supplētē. Unde Dominus dicitur Zebaoth, Dominus exercituum; qvorū vera virtus est divinæ lucis radius; Qviq; nullo vito contaminati, non sciscitari sensus Imperantis, sed expedire iussa sverunt. Debellavit autem hic noster Strategicus ignivomum Draconem, antiquum illum serpentem, qui vocatur Diabolus & Satanás, qviq; miseros nos, noctu dieq; coram Tribunalī summi Judicis accusat, & circumlit tanquam Leo rugiens, ut inveniat qvōs devoret, cum suis impiis angelis. Nostrum ergo est, Auditores Christianissimi, cum exercitu celestis militiæ, hunc nostrum

strum Victorem & Triumphantem devotissimo
cultu seqvi, ab impuris convitiis & contaminatis
moribus abstinere, solennem triumphum cele-
brare, & cum angelorū sanctissimo cetu canere.
Nunc facta est salus, & virtus & regnum
Dei nostri, & potestas Christi ejus, qvia
projectus est accusator fratribus nostro-
rum, qvi accusabat illos ante conspe-
ctum Dei die ac nocte, & ipsi vicerunt
eum propter Sangvinem agni, & pro-
pter verbum testimonii sui. Qvod si piā
mente fecerimus, facere autem id, si Christiani,
omnino tenemur, sub tutamine sanctorum An-
gelorum, ab insidiis potestatum aeris,
salvi erimus atq; tuti.

P.P. Rostoch. Sub Sigillo Rector.
ipso die Michaeli Victoris sacro.

Anno 1679.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742505405/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742505405/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742505405/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742505405/phys_0012)

DFG

animas. Unus ex Principibus primis celestis, qui pro agno victoriōe militarunt. strā salute insomnes excubias fideliter aī pestifero Draconis infernalī insultū servant. Hic Michael est ille viōtor ac trā semper augustus, qui omnes partes imperatoris & Strategici explevit. Justā eī bellandi causam, q̄via pro agno i.e. Christi credentibus, militavit. Hostem habuit stupendam superbiā & insidias arrogātias, ipse celi terræq; creator bellum in lūm sine aliorū injuriā gessit, q̄voniā nūs, calamitate & lachrymis aliorum, cō passim fieri dolendum est, non repletū duxit Domini, quem Jacob vocat mille millium millia supplētē. Unde Dicitur Zebaoth, Dominus exercitūm; et rā virtus est divinæ lucis radius; Q̄viq; tio contaminati, non sciscitari sensus sed expedire iussa s̄everunt. Debella hic noster Strategicus ignivomum Draconis illūm serpentem, qui vocatur Satanās, q̄viq; miseros nos, noctu dieq; bunalī summi Jūdicis accusat, & circum Leo rugiens, ut inveniat q̄vos devore impīi angelis. Nostrum ergo est, Audītianissimi, cum exercitu celestis militi

